




JOHN CARTER BROWN
LIBRARY



Acquired with the Assistance of the
ST. MARIANA DE PAREDES
FUND

ES 18

Recivi el D^o D^o Antonio. Por el o^o n^o. t^o n^o. 2^o. por la
compostura y dar n^o. de papel que entro en dha compostura
para que el D^o D^o pague lo que uno y otro abo
n^o diere en moscani de 2^o de marzo de 1782

Victorino Rodriguez

Ytaria

~~PETE~~

Petrus de Argaz, Valdez Alencar



Argaz Valdez Alencar

Crimino - Arguid e

In 3. No. 7. Hom. S. August. Ep. in Evang. Ego sum
Vultis vera & Pater meus Agricola est, de Comm.
A. ar. yram Temp. Pasc. primoleco.

Miss.: Protexisti, de eodem Comm. cum prop. Orat.

DECRETUM VRBIS ET ORBIS.

Inter alios egregios viros, quos Sacra Congrega-
tio de Propaganda fide ad Evangelicam pro-
vovendam veritatem per universas mundi partes
constituit, singularem locum tenet S. Fidelis à Sig-
marinca, quippe pro Christi fide fortiter tuenda
sanguine effuso Protomartyr ejusdem Sacre Con-
gregationis meruit declarari. Hinc Santissimus Do-
minus noster Clemens Papa XIV. ut gloriosa
tanti Martyris memoria in universali Eccle. ia pe-
renniter recolatur, enixis Eminentissimi et Reveren-
dissimi Domini Cardinalis Castelli Præfetti, cætero-
rumque ejusdem Sacre Congregationis negotijs de
Propaganda fide Præpositorum Cardinalium, nec
non quam plurimorum Archiepiscoporum et Epis-
coporum Italie precibus benigne annuendo, singulis
annis die 24. Aprilis Officium, et Missam ejusdem
S. Fidelis de communi unius Martyris cum lectio-
nibus secundi Nocturni, et Oratione proprijs, jam
sub die 16 Septembris 1730, à Sacra Rituum Con-
gregatione pro universo Ordine Capuccinorum ap-
probat. imposterum ab omnibus tam Secularibus,
quam Regularibus, utriusque Sexus Christi fide-
libus, qui ad horas Canonicas tenentur, sub ritu
duplicis minoris recitari, ac in Breviario, et Mi-
ssali Romano inseri mandavit. Die 16 Februa-
rij 1771.

Fl. Card. Chisius Præfatus.

Loco ✱ Sigilli

M. Gallo Sac. Rit. Cong. Secret.

8

FESTUM SANGUINIS

SACRATISSIMI D. N.

JESU-CHRISTI.

Duplex Majus.

*LIMÆ ET EJUS IN DIOCESI TANTUM:
quod ex nova SS.P. Clementis XII. Concessione
die 28. Aprilis anni 1731. Feria 4. post Octavam
Petri, & Pauli Apostolorum,
recitandum est.*

AD VESPERAS.

*Antiph. Christum propo-
suit Deus cum reliq. de lau-
dib. Psalm. Dixit Domi-
nus cum reliq. de Dominica,
& loco ultimi. Psalm. Lau-
date Dominum omnes.*

Cap. Hebr. 9. 21.

Fratres, tabernacu-
lum, & omnia vasa

ministerii, sanguine asper-
sit Moyses: & omnia pene
in sanguine secundum le-
gem mundantur, & sine sa-
guinis effusione non fit re-
missio.

HYMNUS.

Maximus Redemptor
orbis.
Morte vitam contulit:

A

Qui

Qui nec argento caduco,
Sed nec auro labili,
Corporis tamen sacrati
Nos redemit sanguine.

Mitis Agnus immolatur
Omnium pro crimine,
Ne quod arte fabricatum
Conditoris extitit,
Dirus hostis possideret,
Qui malum fugeserat.

Magna praeferat immo-
latus
Dux salutis omnium:
Compleat excessum fideles,
Quem prophetae dixerant:
Nostra tunc peccata solvit
Nos tyrano liberans.

Misit infans carne scissus,
Misit infans sanguinem:
Misit, & flagella passus.
Orbe punctus spineo:
Dum manus, pedes, latus-
que

Pandit, offert sanguinem.
Laus, honor, virtus supre-
mae

Conditori machinae,
Quam Pater summus gu-
bernat.

Natus; atque Spiritus,
Omnibus Deus colendus
Saeculorum saeculis. Amen.

℣. Redemisti nos Dñe.
℟. In sanguine tuo.

Ad magnificat.

Añs. Sanguis Christi,
qui per Spiritum sanctum
semetipsum obtulit imma-
culatum Deo, emundabit
conscientiam nostram ab
operibus mortuis, ad ser-
viendum Deo viventi.

ORATIO.

OMnipotens sempiter-
ne Deus, qui san-
guine Filii tui placari, &
nos redimi voluisti: con-
cede nobis quaesumus, sa-
lutis nostrae pretium ita
recolere, ut nunc veniam,
& in aeternum gloriam
consequi valeamus. Per
eundem Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum
Dei Filium, qui suo nos sa-
guine redemit. * Venite
adoremus. *Psalms.* Venite.

H Y M N U S.

Sanguine olim victi-
marum,
Quem vetus lex obtulit.
Foederis novi sacramentum,
Nuntiabat sanguinem,
Quo redemptio sanctitatis
Aequamur spiritus.

Lex

Lex amoris postulabat
Differentem victimam;
Offerens ubi sacerdos
Effet idem victima:
Seque clemens immolaret
In medelam criminum.
In crucem Redemptor
actus.

Nostra delet crimina:
Quando pro salute mundi
Ex sacrato corpore
Uberes rivi cruoris
Copiose profluunt.

Perforatur namque clavis
Et latus dirumpitur:
Unde sacramenta manant,
Labe quæ nos abluunt;
Hinc caput nostræ salutis
Confitemur sanguinem.
Laus, honor, virtus supre-
mæ.

Conditori machinæ, &c.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. Accipiens san-
guinem Moyse; omnem
populum asperfit, dicens:
Hic sanguis testamenti,
quod mandavit ad vos
Deus.

Psalmus 2. Quare fre-
muerunt gentes.

Antiph. Quare rubrum
est indumentum tuum, &

vestimenta tua sicut cal-
cantium in torculari.

Psalmus 3. Domine,
quid multiplicati.

Antiph. In sanguini tes-
tamenti tui emisisti vinctos
tuos de lacu, in quo non
est aqua.

Psalm. 118. Conserva me
Domine.

ψ. Redimisti nos Do-
mine.

℣. In sanguine tuo.

De Libro Exodi.

Leſtio j. Cap. 12.

Dixit Dominus ad
Moysem, & Aaron
in terra Ægypti. Loqui-
mini ad universum cœtum
filiorum Israel, & dicite
eis: Decima die mensis
hujus tollat unusquisque
agnum per familias, & do-
mos suas. Erit autem ag-
nus absque macula, mascu-
lus; auniculus, juxta quem
ritum tolletis, & hœdum,
& servabitis eum usque ad
quartam decimam diem
mensis hujus immolabit-
que eum universa multi-
tudo filiorum Israel ad ves-
peram. Et sument de san-
guine

4
guine ejus, ac ponent super utrumque postem, & insuper liminaribus domorum, in quibus comedent illum.

R. Gratificavit nos Deus in dilecto suo, in quo habemus redemptionem. * Per sanguinem ejus.

V. Remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis. Per sanguinem ejus.

Lectio ij.

TRansibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam judicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos nec erit in vos plaga disperdens quando percussero terram Ægypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.

R. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de una vestra conversatione paternæ traditionis. * Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi.

V. Ex corde invicem diligite, renati non ex semine corruptibili. Sed pretioso.

Lectio iij.

VOcavit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ita tollentes animal per familias vestras, & immolate Phas, Fasciculum, que hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo super liminare, & utrumque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ usque mane. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem insuper liminari, & in utroque poste, transcendet ostium domus, & non finet percussorem ingredi domus vestras, & lacerare.

R. Christus peccata nostra
tra

tra pertulit in corpore suo
super lignum ut peccatis
mortui, iustitiæ vivamus.

* Cujus livore sanati estis.

Y. Eratis enim sicut
oves errantes, sed conver-
si estis nunc ad pastorem
animarum vestrarum. Cu-
jus. Gloria. Cujus.

IN II. NOCTURNO.

Antiph. Justificati in
sanguine Christi salvi eri-
mus ab ira per ipsum.

Psalms 22.

Dominus regit me,
& nihil mihi deerit:
* in loco pascuæ ibi me
collocavit.

Super aquam refectio-
nis educavit me: * ani-
mam meam convertit.

Deduxit me super fe-
mitas iustitiæ; * propter
nomen suum.

Nam & si ambulavero
in medio umbræ mortis;
non timebo mala, * quo-
niam tu mecum es.

Virga tua, & baculus
tuus: * ipsa me consolata
sunt.

Parasti in conspectu
meo mensam * adversus
eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo ca-
put meum: * & calix meus
inebrians quam præclarus
est.

Et misericordia tua sub-
sequetur mer: * omnibus
diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in do-
mo Domini: * in longi-
tudinem dierum.

Antiph. Justificati in san-
guine Christi; salvi erimus
ab ira per ipsum.

Antiph. Pretio empti es-
tis, nolite fieri servi homi-
num.

Psalms 19.

Exaltabo te Domine
quoniam suscepisti
me: * nec delectasti ini-
micos meos super me.

Domine Deus meus
clamavi ad te: * & sanasti
me.

Domine eduxisti ab in-
ferno animam meam: *
salvastis me à descenden-
tibus in lacum.

Psalte Domino sancti
ejus: * & confitemini me-
moriæ sanctitatis ejus.

A 3

Quo-

6
Quoniam ira in indignatione ejus : * & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus : * & ad matutinum læticia.

Ego autem dixi in abundantia meæ : * non movebor in æternum.

Dōmine in voluntate tua , * præstitisti decori meo virtutem.

Advertisti faciem tuam à me : * & factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo , * & ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo : * dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis : * aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus , & misertus est mei : * Dominus factus es adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi , * concidisti siccum meum , & circumdedisti me læticia.

Ut cantet tibi gloria mea , & non compungar

Domine Deus meus. * In æternum confitebor tibi.

Antiph. Pretio empti estis , nolite fieri servi hominum.

Antiph. Dedit semetipsum Jesus Christus pro nobis , ut nos redimeret ab omni iniquitate.

Psalms 63.

EXaudi Deus orationem meam cum deprecor : * à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium : * à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacerunt ut gladium linguas suas : * intenderunt arcum rem amaram , ut sagittent in oculis immaculatum.

Subito sagittabunt eum & non timebunt : * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos : * dixerunt : Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates : * defecerunt scrutantes scrutinio.

Acce-

Accedet homo ad cor
altum : * & exaltabitur
Deus.

Sagittæ parvulorum
factæ sunt plagæ eorum :
* & infirmatæ sunt contra
eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes
qui videbant eos : * & ti-
muit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera
Dei, * & facta ejus intel-
lexerunt.

Latabitur justus in
Domino, & speravit in
eo : * & laudabuntur om-
nes recti corde.

Antiph. Dedit semetip-
sum Jesus Christus pro
nobis, ut nos redimeret
ab omni iniquitate.

✠. Beati qui labant sto-
las suas.

✠. In sanguine agni.

Sermo S. Joannis Chrysost.

Ex Homil. ad Neophitos.

Lectio iv.

Vis sanguinis Chris-
ti audire virtutem
redeamus ad ejus exem-
plum, & priorem typum
recordemur, & pristinam
scripturam narremus. In
Ægypto nocte media

7
Egyptiis Deus plagam
decimam minabatur, ut
eorum primogenita depe-
rissent, qui primogenitum
ejus populum detinebant.
Sed ne amata plebs Judæo-
rum unâ cum illis pericli-
taretur, quia unus locus
continebat universos, re-
medium discretionis in-
ventum est. Proinde
exemplum mirabile, ut
discas in veritate virtu-
tem. Ira divinæ indigna-
tionis sperabatur, & do-
mus singulas circumibat
mortifera. Quid igitur
Moyſes? Occidite, inquit,
agnum agniculum, & san-
guine ejus linite januas.

✠. Ipse est caput cor-
poris Ecclesiæ. * Ut sit in
omnibus ipse primatum
tenens.

✠. Qui complacuit per
eum reconciliare omnia
in ipsum, pacificans per
sanguinem crucis ejus five
quæ in cœli sunt. Ut sit.

Lectio v.

Quid ait Moyſes?
Sanguis ovis ra-
tionabilem homi-
nem liberare consuevit

A 4

Val-

Valde, inquit: non eo quod sanguis est, sed quia Dominici sanguinis per eum demonstratur exemplum. Nam sicut regnantium statua, quæ sine causa sunt, atque sermone, nonnumquam ad se confugientibus hominibus anima, atque rationibus decoratis subvenire consueverunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia retinent imaginem principalem: ita, & sanguis ille, qui rationalis fuit animos habentes, homines liberavit, non quia sanguis fuit, sed quia huius sanguinis ostendebat adventum.

R. Cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis: * Nunc reconciliavit vos Christus in corpore carnis suæ per mortem.

ψ. Ut exhiberet vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso Nunc.

Leslio vi.
ET tunc Angelus ille vastator cum linitos postes, atque aditus per vi-

deret, subtraxit gressus, & non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus non postibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore lucentem sanguinem veritatis, Christi templi postibus dedicatum, multo magis se subtrahit. Si enim Angelus cessit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem?

R. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redimisti nos Deo. * In sanguine tuo.

ψ. Et fecit nos Deo nostro regnum, & regnavimus super terram. In sanguine. Gloria Patri. In sanguine.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

Psalmus 37.

UT quid Deus reputasti in finem: * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?

Me-

Memor esto congrega-
tionis tuæ, * quam posse-
disti ab initio.

Redemisti virgam hære-
ditatis tuæ; * mons Sion,
in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in su-
perbias eorum in finem:
* quanta malignatus est
inimicus in sancto!

Et gloriati sunt, qui
oderunt te, * in medio so-
lemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua sig-
na: * & non cognoverunt
sicut in exitu super sum-
mum.

Quasi in silva lignorum
securibus exiderunt januas
ejus in idipsum: * in secu-
ri, & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni sanc-
tuarium tuum: * in terra
polluerunt tabernaculum
nominis tui.

Dixerunt in corde suo
cognatio eorum simul: *
quiescere faciamus omnes
dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidi-
mus, jam non est Prophe-
ta: * & nos non cognos-
cet amplius.

Usquequo, Deus, im-
properabit inimicus: * ir-

ritat adversarius: nomen
tuum in finem?

Ut quid avertis manum
tuam, & dexteram tuam,
* de medio sinu tuo in
finem?

Deus autem Rex noster
ante sæcula: * operatus est
salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in vir-
tute tua mare: * contribu-
lasti capita draconum in
aquis.

Tu confregisti capita
draconis: * dedisti eum
escam populis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, &
torrentes: * tu siccasti flu-
vios Ethan.

Tuus es dies, & tua est
nox: * tu fabricatus es
auroram, & solem.

Tu fecisti omnes ter-
minos terræ: * astatem, &
ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, ini-
micus improperavit Do-
mino: * & populus insi-
piens incitavit nomen
tuum.

Ne tradas bestiis ani-
mas confitentes tibi: * &
animas pauperum tuorum
ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum
tuum:

ruum: * quia repleti sunt,
qui obscurati sunt terræ
domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis
factus confusus: * pauper,
& inops laudabunt nomen
tuum.

Exurge Deus, judica
causam tuam: * memor
esto improperiorum tuo-
rum, eorum quæ ab insi-
piente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces
inimicorum tuorum: * su-
perbia eorum, qui te ode-
runt, ascendit semper.

Antiph. Vos qui aliquan-
do eratis longe, facti estis
prope sanguine Christi.

Antiph. Habentes fidu-
ciam in introitu Sancto-
rum in sanguine Christi,
eecedamus in plenitudine
fidei.

Psalms 87.

Domine Deus salutis
meæ: * in die cla-
mavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo
oratio mea: * inclina au-
rem tuam ad precem
meam.

Quia repleta est malis
anima mea: * & vita mea

inferno aporpinquavit.

Æstimatus sum cum
descendentibus in lacum:
* factus sum sicut homo
sine adjutorio, inter mor-
tuos liber.

Sicut vulnerati dor-
mientes in sepulchris, quo-
rum non est memor am-
plius: * & ipi de manu
tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu
inferiori: * in tenebrosis,
& in umbra mortis.

Super me confirmatus
est furor tuus: * & omnes
fluctus tuos induxisti super
me.

Longe fecisti notos meos
à me: * posuerunt me
abominationem sibi.

Traditus sum, & non
egrediebar: * oculi mei
languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine
tota die: * expandi ad te
manus meas.

Nunquid mortuis facies
mirabilia: * aut medici
suscitabunt, & confitebun-
tur tibi?

Nunquid narrabit ali-
quis in sepulchro miseri-
cordiam tuam, * & veri-
tatem tuam in perditione?

Nun-

Nunquid cognoscentur
in tenebris mirabilia tua,
* & iustitia tua in terra
oblivionis?

Et ego ad te Domine
clamavi : * & mane ora-
tio mea preveniet te.

Ut quid Domine repel-
lis orationem meam : *
avertis faciem tuam à me?
Pauper sum ego , & in
laboribus à juventute mea :
* exaltatus autem , hu-
miliatus sum , & contur-
batus.

In me transferunt iræ
tuæ : * & terrores tui con-
turbaverunt me.

Circumdedērunt me si-
cut aqua tota die : * cir-
cundederunt me simul.

Elongasti à me ami-
cum , & proximum , * &
notos meos à miseria.

Antiph. Habentes fidu-
ciam in introitu Sancto-
rum in sanguine Christi,
accedamus in plenitudine
fidei.

Antiph. Vestitus erat
veste aspersa sanguine, &
vocabitur nomen ejus Ver-
bum Dei.

Psalmus 93.

11

Deus ultionum Do-
minus : * Deus
ultionum libere egit.

Exaltare qui judicaster-
ram : * redde retributio-
nem superbis.

Usque quo peccatores
Domine : * usque quo
peccatores gloriabuntur.

Effabuntur , & loquen-
tur iniquitatem : * loquen-
tur omnes , qui operantur
in justitiam?

Populum tuum Domi-
ne humiliaverunt : * &
hereditatem tuam vexa-
verunt.

Viduam , & advenam
interfecerunt : * & pupil-
los occiderunt.

Ex dixerunt : non vide-
bit Dominus : * nec in-
telliget Deus Jacob.

Intelligite insipientes in
populo , * & stulti ali-
quando sapite.

Qui plantavit aurem,
non audiet ? * aut qui fin-
xit oculum , non confi-
derat?

Qui corripit gentes,
non arguet : * qui docet
hominem scientiam?

Do-

Dominus scit cogitationes hominum, * quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei à diebus malis: * donec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repeilet Dominus plebem suam: * & hereditatem suam non derelinquet.

Quadusque iustitia convertatur in iudicium: * & qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes? * aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem.

Nisi quia Dominus adjuvit me: * paulominus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam, motus est pes meus: * misericordia tua Domine adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: * consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Nunquid adhæret tibi

sedes iniquitatis: * qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam iusti: * & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium: * & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: * & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

Ant. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen ejus Verbum Dei.

Ps. Dealbaverunt stolas suas in sanguine agni.

R. Ideo sunt ante thronum Dei.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore: Sciens. Jesus, quia omnia jam consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Ubique demonstrare adnititur, novam hanc

hanc mortem fuisse. Siquidem in potestate morientis erat, ne priusquam ipse velet, & omnia impleta essent, moreretur. Ideo dicebat, potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum summendi eam. Sciens ergo omnia consummata, ait: Sitio. Etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem adstantium pravitatem intellige; nam licet innumeros habeamus inimicos, qui nos gravissime persecuti sint, cum tamen interim in eos videmus, flectimur misericordia; hi verò nihil moti, magis efferantur, & irrident, acetumque in spongia porrigunt, ut bibat tanquam reus: nam propter hoc hyssopum additur, quo gustato, mortuus est. Vides quam non perturbate, quam potenter omnia transigentem.

R. Passus est Christus se ab iniquis comprehendi, & impias servientium in se manus admisit. * Ut ejus sanguinis pretium posset credentium fieri.

13
V. Cohibuit in se potentiam deitatis, ut ad gloriam perveniret passionis. Ut ejus.

Leſſio viij.

CUM omnia consummata essent inclinato capite, tradidit spiritum, hoc est, expiravit. Atque non post expirationem caput inclinatur, hic autem contra accidit, per quod ostendit Evangelista, eum esse omnium Dominum. Judæi autem camelum devorantes, & culicem excolentes, tantum nefas ausi, de die consultant. Quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura. Vides quanti sit veritas, per ea quæ illi faciunt, prophetia impletur: alia enim ex hoc manifestata est. Venerunt ergo milites, & aliorum fregerunt crura, non Christi: sed ad Judæorum gratiam conciliandam latus ejus lancea aperuerunt: & mortuo adhuc insultant. O pessimam

14
mam voluntatem! ò scelestissimam! noli tamen perturbari, dilectissime, quæ enim malo illi animo partrarunt, veritati consentiebant, prophetia enim hinc impleta est, dicens: Videbunt in quem transfixeunt.

℞. Invitatur ad paradisi divitias populus Christianus: * Igneam enim illam rompheam; qua vitæ regio erat inclusa, sacer Christi sanguis extinxit.

℣. Cunctis regeneratis ad amissam patriam profectus est reditus: Igneam. Gloria. Igneam.

Lectio ix.

ET continuo exivit sanguis, & aqua. Non casu, & simpliciter hi fontes scatulerunt: sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est. Sicut hoc initiati, per aquam regenerati, sanguine, & carne nutriti. Hinc mysteria ortum habent: ut quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens, accedas. Qui ipse Christi san-

guis nostrarum animarum, & salus, quo abluitur anima, ornatur, & inflammatur. Hic mentem nostram igne reddit splendorem; hic auro clariorem animam facit. Hic sanguis effusus est, & coelum tecit nobis accessibile. Hic terrarum orbis est pretium; hoc Christus emit Ecclesiam: hoc eam omnem adornavit. Hujus sanguinis particeps cum Angelis, & Archangelis, & supernis manent virtutibus, ipsam regiam Christi stolam induiti, & arma spiritualia gerentes. Sed nihil adhuc dixi, ipsum enim induiti sunt regem. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per horas.

Añā. Christum proposuit Deus propitiatorum per fidem in sanguine ipsius.

Psalms. Dominus regnum cum reliq. de Dominica.

Añā. Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem po-

populum, extra portam
passus est.

Antiph. Sanguis Jesu
Christi filii Dei emundat
nos ab omni peccato.

Antiph. Venit per
aquam, & sanguinem Je-
sus Christus, non in aqua
solum, sed in aqua, & in
sanguine.

Añā. Christus dilexit
nos; & lavit nos à pecca-
tis nostris in sanguine suo.

Cap. Fratres tabernaculum;
Ut supra in Vesp.

HYMNUS.

O Excelsæ rerum con-
ditor,
Salutis auctor omnium,
Tu nos sacramento sanguine.

Omni repurgas crimine.
Nos agonis ille callidus,

Antiquus hostis strave-
rat:

Primum nitorem men-
tium.

Caligo culpæ dempse-
rat.

Sacro tamen de corpore,
Summi valoris sangui-
nem,

Fundis Redemptor af-
farim,

Omnemque labem di-
luis,

15
Repelle quidquid impro-
bum

Interna cordis inficit:
In nos refunde, quæsu-
mus,

Tui vigorem sanguinis.
Deo Patri sit gloria,

Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito,

Et nunc, & in perpe-
tuum. Amen.

ψ. Empti estis pretio
magno.

℞. Sanguine Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.
Christus non per sangui-
nem hircorum, aut vitu-
lorum, sed per proprium
sanguinem introivit semel
in sancta, æterna redemp-
tione inventa.

AD TERTIAM.

Capitulum. Fratres taber-
nacul. *ut supra in ves.*

℞. brev. Dealaberunt
stolas suas: * In sanguine
agni. Dealbaverunt,

ψ. Ideo sunt ante thro-
num Dei. In Gloria. Deal-
baverunt.

ψ. Empti estis pretio
magno.

℞. Sanguine Christi.

AD

AD SEXTAM.

Capitulum Hebr. 9.

SI enim sanguis hircorum, & taurorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundavit conscientiam nostram ab operibus mortalis ad servendum Deo viventi?

R. brev. Empti estis: * Pretio magno. Empti.

ψ. Sanguine Christi. Pretio. Gloria. Empti.

ψ. Justificati in sanguine ipsius.

R. Salvi erimus ab ira per ipsum.

AD NONAM.

Capit. Apoc. 12.

Profectus est accusator fratrum nostro-

rum; & ipsi vicerunt propter sanguinem agni.

R. brev. Justificati: * In sanguine ipsius. Justificati.

ψ. Salvi erimus ab ira per ipsum. In sanguine.

ψ. Gloria. Justificati.

ψ. Christus lavit nos à peccatis nostris.

R. In sanguine suo.

AD VESPERAS.

Añ. a. Christum proposuit cum reliq. de Laud. Psalm.

Cap. Hym. ut in prim. Vesp.

ψ. Christus lavit nos à peccatis nostris.

R. In sanguine suo.

AD MAGNIFICAT.

Añ. a. Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Jerusalem coelestem, & testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis asperisionem melius loquentem quam Abel.

DIE XXX. MAII.

IN FESTO S. FERDINANDI

REGIS HISPANIÆ, CONFESSORIS.

Duplex primæ Classis cum Octava.

Pro omnibus Regnis, ac Dominiis Regi Hispaniarum subiectis; Ex Concess. SS. D.N. D. Benedicti XIV. sub die 1. Martii 1749.

Omnia habentur circa festum Brev. Rom. sub hac die. Per totam Octavam sancti Ferdinandi, fit de festis occurrentibus, cum commemor. Octav. juxta Rubricas generales.

In die Festi, Lectiones primi Nocturni sunt. Iustus, si morte. de Communi Confessoris non Pontificis i. loco.

DIE XXXI. MAII.

Secunda die infra Octav. S. Ferdinandi.

Omnia dicuntur, ut in die Festi, præter Lectiones primi Nocturni. quæ dicuntur de Scriptura occurrente, & Lect. ii. & iii. Nocturni. quæ dicuntur, ut infra notantur.

In secundo Nocturno, Sermo sancti Joannis Chrysostomi. Beati Ferdinandi dies, cujus Festivitatem, &c. ut in Communi Confessoris non Pontificis i. loco.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: Off. SS. Hisp.

Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia sancti Fulgentii Episcopi.

Ex Serm. de Confessor.

Si non omnes possunt implere, quod Dominus ait: Vendite quæ possidētis; illud tamen, quod adjecit, dicens: Date eleemôsynam, omnibus est possibile, si adsit bona voluntas; omnibus facile, si non adsit dira cupiditas; omnibus salubre, si ferveat Charitas; cunctis debet esse commune, ut omnibus donetur æterna felicitas. Qui ergo tantam virtutem accepit à Domino, ut omnia quæ in mundo sunt, cœlestis regni amore contemnat: quæ habet, vendat, & egēis expendat: qui vero tantæ virtutis nondum est, de his quæ habet, in quantum habet, eleemôsynam faciat. R. Iste est, qui ante Deum. Lectio viii.

Perfektus possideat primum virtutis locum,

A im-

Soy del Herritero J. Caspi-
mino Riquido, Valdeallena
Vargas

BAG87

C36/00

